16. Supradictis ita conſtitutis, dicendum eſt, quod actio *depoſiti* eſt *directa*, & *contraria*: 17. directa enim datur adverſus depoſitarium, ad perſequendam rem depoſitam cum fructibus, & omni cauſa, (*r*) & eſt *civilis rei perſecutoria*; in quatuor tamen caſibus, nempe, quando cauſa incendii, naufragii, vel ruinæ, vel tumultus res fuit depoſita, *prætoria* eſt, & eam Prætor induxit, daturque *in duplum* adverſus depoſitarium negantem rem depoſitam; & eſt *mixta, rei & pœnæ perſecutoria*. (*ſ*) 18. Quo fit, ad perſequendam rem depoſitam hanc actionem perpetuam eſſe, cum ſit *civilis*; ad perſequendam vero pœnam annalem eſſe, cum ſit *prætoria*, (*t*) 19. & in hac actione directa juratur *in litem*. (*u*) 20. Contraria autem actio *depoſiti* competit depoſitario, & ejus hæredi adverſus deponentem, & ejus hæredem, ad hoc ut ſibi reſtituatur id, quod neceſſario, & utiliter impenſum fuit in re depoſita. (*x*)

21. Et ad hoc ut hæc actio competat, requiruntur ſequentia: 22. primò, quod res depoſita expreſſe data ſit *cauſa cuſtodiæ*, & ſuſcepta à depoſitario tacite, vel expreſſe conſentiente, alioquin, ſi quis ponat rem in domo alterius, ipſo ſciente & patiente, hæc actio non dabitur. (*y*) 23. Unde hoſpiti deponenti apud nautam, cauponem, ſtabularium, arcam, fardelum, vel aliam rem ligatam, ſi poſtmodum illigata reddatur, ſtationarius hac actione tenebitur, & ſtabitur juramento hoſpitis ſuper rebus contentis in fardelo, ſecundum Bartolum: (*z*) quod procedit, etiam ſi clavis cellulæ tradita fuerit hoſpiti, ſecundum Gloſſam. (*a*)

24. Secundò requiritur, quod depoſitarius gratis rem depoſitam recipiat, alias, vel erit contractus innominatus, vel locationis. (*b*)

25. Tertio requiritur, quod res depoſita ſit mobilis, vel ſemovens, nam in re immobili *proprie* non cadit depoſitum, *improprie* tamen bene cadit. (*c*) Quo fit, quod ſi alicui commendetur roca, vel caſtrum, dicitur depoſitarius Caſtillarius. (*d*)

26. Et eſt advertendum, quod depoſitum *de Jure Communi* habet executionem paratam, ut notant DD. (*e*) ac ideo libellus neceſſarius non eſt; debet tamen per inſtrumentum publicum de depoſito conſtare, ſecundum Angelum: (*f*) 27. ſi vero per teſtes probari debeat, tunc *via ordinaria* agendum erit, quia ante litem conteſtatam ad receptionem teſtium non pervenitur: (*g*) 28. obſervabis tamen *in praxi*, quod cum *hodie* Jure Regio omne inſtrumentum publicum executionem paratam habeat, ut in leg. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop. 29. opinio Angeli procedere poterit, quando in inſtrumento publico aliquis confiteretur, ſe depoſitum recepiſſe, licet in tali inſtrumento clauſula guarentigia appoſita non eſſet, nec in eo contineretur, quod depoſitarius promiſit, depoſitum reddere, nam adhuc *via executiva* adverſus eum procedi poterit: 30. idemque obſervandum erit in ſcriptura privata, recognita à parte in Judicio, ſecundum Baldum, (*h*) quia talis ſcriptura habet vim inſtrumenti publici, (*i*) 31. quinimo idem juris eſſet, ſi depoſitum probaretur per ſcripturam privatam cum ſubſcriptione trium teſtium, quia talis ſcriptura habet vim inſtrumenti publici: (*j*) ſi tamen talis ſcriptura trino teſte ſubſcripta negata eſſet à debitore, quamvis recognita eſſet à teſtibus, non poſſet executioni mandari, (*k*) ſed tunc *via ordinaria* agendum erit: & talis ſcriptura à teſtibus deponentibus, ſe vidiſſe eam ſcribere, recognita plenam probationem facit; (*l*) unde in ſupradictis caſibus, qui-

(*r*) Ut in leg. 1. §. *Hanc actionem*, ff. *Depoſit.* & in leg. 5. & 8. tit. 3. Part. 5.

(*ſ*) Ut in leg. 1. §. 1. ff. *Depoſit.* & in dict. §. *Rei perſequendæ*, §. *In duplum*, & §. *Sed furti*, Inſtit. de *Action.* & in leg. 8. tit. 3. Part. 5.

(*t*) Ut in leg. *Quod tumultus*, ff. *Depoſit.*

(*u*) Ut probatur in leg. 1. §. *Si rem*, ff. *Depoſit.*

(*x*) Ut probatur in leg. *Ei, apud*, ff. *Depoſit.*

(*y*) Ut in dict. §. *Præterea*, & reſolvit Jaſſ. in §. *Sequens*, n. 30. Inſtit. de *Action.* & Anton. Gom. in 2. tom. Variar. cap. 7. n. 2.

(*z*) In leg. *In actione*, n. 22. & ibi Jaſſ. n. 40. ff. de *In litem jurand.* per text. in leg. 1. §. *Sic iſta*, ff. *Depoſit.*

(*a*) In leg. fin. §. 1. verb. *Item ſi prædixerit*, ff. *Nautæ, cauponæ, & ſtab.* & Jaſſ. in dict. leg. *In actionibus*, n. 43. & in dict. §. *Sequens*, n. 29.

(*b*) Ut in leg. 1. §. *Si quis ſervum*, ff. *Depoſit.* & notat Jaſ. in dict. §. *Sequens*, n. 30.

(*c*) Juxta text. in leg. *Licet*, §. *Rei depoſitæ*, ff. *Depoſit.*

(*d*) Secundum Plat. & Angel. in dict. §. *Sequens.*

(*e*) In leg. penult. Cod. *Depoſit.*

(*f*) In leg. *Si depoſita*, Cod. *Depoſit.*

(*g*) Juxta tit. *Ut lite non conteſt.*

(*h*) In leg. 1. Cod. de *Execut. rei judic.* juxta gloſſ. in leg. *Sed etſi poſſeſſori*, §. *Si cum hæreditate*, ff. de *Jurejur.*

(*i*) Ut in leg. *Publia*, ff. *Depoſit.* & in leg. *Cum de indebito*, Cod. de *Probat.* & in leg. 119. tit. 18. Part. 3. & notat Rebuf. in Tract. de Chirographorum, & ſcedularum recog. in ſumma à n. 44. Covar. lib. 2. Variar. cap. 11. n. 4. & Avend. in cap. Prætorum, 2. part. cap. 30. n. 1. & *hodie* eſt expreſſa lex 5. tit. 21. lib. 4. Recop. & nos ſupr. diximus in 4. Part. 1. Tom. in cap. de *His quæ execut. parat.* in verſ. Sexto, quod ſcriptura privata.

(*j*) Ut in leg. *Scripturas*, Cod. *Qui potior. in pig.* & in leg. 31. tit. 13. Part. 5.

(*k*) Juxta ea quæ reſolvimus in dict. 4. part. 1. Tom. in dict. verſ. 6.

(*l*) Ut probat Rebuf. ubi ſupr. n. 29. & probatur in leg. 114. & 118. & 119. tit. 18. Part. 3. & firmat Avend. ubi ſupr. n. 4. & 5.

quibus via executiva procedi poteſt, libellus neceſſarius non erit; in aliis vero formandus erit modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *depoſiti voluntarii, & neceſſarii.*

Iluſtre Señor.

32. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que en un
,, dia del mes de Mayo proximo paſſado de
,, eſte preſente año de 74. que ſe contaron
,, ocho dias de èl, ſe encendiò gran fuego en
,, mi caſa, y temiendome que no ſe podria
,, atajar, y que mis bienes correrian rieſgo,
,, los ſaquè todos, que ſon los contenidos en
,, eſte Memorial, de que hago preſentacion,
,, con la ſolemnidad y juramento neceſſario,
,, &c. y los puſe y depoſite, para que ſe
,, me guardaſſen en caſa del dicho adverſo, y
,, en ſu poder, y èl los recibiò, y ſe conſti-
,, tuyò por depoſitario de ellos: y aſsimiſmo
,, muchos dias deſpues del dicho fuego puſe,
,, y depoſitè una fuente de plata, que peſaba
,, tantos marcos en mano del dicho adverſo,
,, para que me la guardaſſe, y èl la recibiò
,, de mi en fiel encomienda, y guarda: por lo
,, qual eſtà obligado à me bolver, y reſtituìr
,, todos los dichos bienes, que el dia del fue-
,, go en èl depoſitè, y la fuente de plata,
,, que deſpues le dì en guarda; y aunque por
,, mì ha ſido requerido muchas veces, que me
,, lo buelva todo y reſtituya, no lo ha que-
,, rido, ni quiere hacer, antes niega haver yo
,, en èl hecho los dichos depoſitos: por que
,, pido à Vmd. que habida mi relacion por
,, verdadera, en la parte que baſte, del dicho
,, adverſo me haga juſticia, y le condemne à
,, que me buelva, y reſtituya los bienes, que
,, en èl depoſitè el dia del fuego tales, y tan
,, buenos, como de mì los recibiò, con mas
,, otro tanto, que me eſtà obligado à bolver
,, en pena, por haverme negado el dicho de-
,, poſito neceſſario: y aſsimiſmo le condem-
,, ne à que me buelva la dicha fuente, y en
,, defecto de no me la dár, me pague ſu juſto
,, valor de peſo, que eran tantos marcos, y
,, de hechura, que eſtimo en tantos mil ma-
,, ravedis; y mas le condemne en las penas, en
,, que caen y incurren los depoſitarios, que
,, no acuden con los depoſitos, que en ellos
,, fueron fechos: ſobre que pido juſticia, &c.
,, Otrosì à Vmd. pido, proceda breve y
,, ſumariamente en eſta cauſa, pues la calidad
,, de ella lo requiere, por ſer de depoſito: y
,, para ello, &c.

EX §. SEPTIMO.

SUMMARIA.

1 *Actio pro ſocio eſt bonæ fidei.*

2 *Societas contrahitur conſenſu, re, verbis, & per nuntium, & in perpetuum, vel uſque ad certum tempus, vel ex tempore, vel ſub conditione.*

3 *Societas non poteſt contrahi in perpetuum ſine temporis præfinitione.*

4 *Societas poteſt contrahi ſuper omnibus bonis præſentibus vel futuris, vel ſuper una tantum negotiatione.*

5 *Societas ſuper omnibus bonis ſimpliciter contracta etiam ad futura extenditur, præter donationem, hæreditatem, legatum, vel aliam ſpeciem ultimæ voluntatis, niſi id exprimatur.*

6 *Socii pactiones inter ſe factas obſervare debent.*

7 *Societas quatuor modis diſſolvitur.*

8 *Actio pro ſocio cui, & adverſus quem, & ad quid detur.*

9 *Actio pro ſocio datur ad diverſos effectus.*

10 *Actione pro ſocio agens quid debeat in libello concludere.*

11 *Actio pro ſocio intentatur, ſocietate finita, quando agitur pro habenda utili ratione lucri, & damni inter ſocios dividendi, & hoc caſu quid libellus continere debeat.*

12 *Socii debent æqualiter lucra, & damna invicem communicare, niſi aliud conventum ſit.*

13 *Libellus in actione pro ſocio eſt concipiendus nomine ſingulorum ſociorum, non vero ſocietatis.*

14 *Libellus in actione pro ſocio in primo, & ſecundo caſu.*

15 *Libellus in actione pro ſocio ad diſſolvendam ſocietatem.*

§. SEPTIMUS.

DE ACTIONE PRO SOCIO.

1. INter actiones *bonæ fidei* actio *pro ſocio* connumeratur in dict. §. *Actionum*: 2. pro cujus elucidatione conſtituendum eſt, quod ſocietas contrahitur conſenſu, re, verbis, & per nuncium, (*a*) & *in perpetuum*, id eſt, quo ad vitam contrahentium, vel uſque ad certum tem-

(*a*) Ut probat text. in leg. *Societatem coire*, junct. leg. *Qui admittitur*, ff. *Pro ſocio*, & in princ. Inſt. de *Oblig.* *ex conſ.* juncta gloſſ. verb. *Societatibus*, leg. 1. tit. 10. Part. 5.

tempus, vel ex tempore, vel ſub conditione contrahi poteſt: (b) 3. non tamen *in perpetuum*, ſine præfinitione temporis contrahitur. (c)

4. Et ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, vel ſuper una tantum negotiatione contrahitur, (d) 5. & ſi ſimpliciter contracta fuerit ſuper omnibus bonis, ad bona futura nihilominus extenditur: (e) non tamen extenditur ad bona quæſita per donationem, hæreditatem, legatum, vel aliam ſpeciem ultimæ voluntatis, (f) niſi ſpecialiter, & expreſſe inter ſocios actum fuerit, ſocietatem extendendam eſſe ad bona titulo lucrativo quæſita: (g) 6. & pactiones inter ſocios initæ obſervandæ erunt: (h) 7. quæ ſocietas quatuor modis diſſolvitur. (i)

8. Ex quo contractu ſocietatis oritur actio *pro ſocio*, quæ competit ſociis invicem, quoties oportuerit, alterum alteri aliquid ex bono & æquo præſtare: eſtque *directa* ex utraque parte: (j) 9. & datur ad diverſos effectus, aliquando, ad ſocietatem contractam adimplendam, & conficiendam, veluti, ut fiat ceſsio jurium, & collatio rerum in communi ſecundum conventionem ſocietatis, quo caſu intentari, illico ſocietate inita, poterit: aliquando vero datur ad perſonales præſtationes, putà ad fructus, & redditus perceptos in communi dividendos, & ad lucra, impenſas, & damna communicanda, quo etiam caſu, durante ſocietate, poterit intentari: (k) 10. in quibus caſibus requiritur, quod actor dicat in libello, *inter ſe, & reum initam fuiſſe ſocietatem unius rei*, vel *omnium bonorum*, exprimendo ſpeciem ejuſdem ſocietatis.

11. Aliquando & tertio datur, pro habenda utili ratione lucri, & damni inter ſocios dividendi, (l) quo caſu intentari non poteſt, niſi ſocietate finita, (m) quo caſu requiritur in libello expreſsio cauſæ, per quam finita fuit, & expreſsio formæ ſocietatis, *id eſt*, partium lucri, & damni, quæ unicuique ex ſociis convenire debent, 12. alioquin, ſi nihil inter ſocios convenit, æqualiter lucra, & damna communicanda erunt: ſi vero aliquid convenit, pactiones erunt obſervandæ: (n) 13. requiriturque in hac actione, quod libellus concipiatur nomine ſingulorum ſociorum, non vero ſocietatis, ſecundum Baldum, (o) & erit formandus modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *pro ſocio in 1. & 2. caſu.*

Iluſtre Señor.

14. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
„ go demanda à Fulano, y digo: que entre mi,
„ y el dicho adverſo fuè fecha, y contrahida
„ compañia de todos nueſtros bienes muebles,
„ y raices, ſemovientes, deudas, dineros, y
„ acciones, que à la ſazon teniamos, è adelan-
„ te tuvieſſemos; y aſsi es, que yo cumplien-
„ do lo que era de mi parte obligado, meti to-
„ dos mis bienes en la dicha compañia, è cedi
„ los derechos, y acciones, que me pertene-
„ cian, è di poder al dicho adverſo *in rem*
„ *propriam*, para que en nombre de la dicha
„ compañia pudieſſe cobrar las dichas deudas;
„ è el dicho adverſo, ſiendo obligado à hacer
„ otro tanto, è à guardar la dicha compañia,
„ è meter en ella ſus bienes, è ceder ſus ac-
„ ciones è derechos, que le pertenecian, no
„ lo ha querido, ni quiere hacer ſin pleyto,
„ antes los fructos que ha cogido de los dichos
„ bienes de compañia, è las ganancias que ſe
„ han ſeguido, no lo ha querido comunicar,
„ y lo oculta: por que pido à Vmd. que ha-
„ bida mi relacion por verdadera, en quanto
„ baſte, por ſu ſentencia condemne al dicho
„ Fulano à que cumpla, è guarde la dicha
„ compañia, mandandole ceder ſus derechos,
„ è acciones, è comunicar los fructos, è ga-
„ nancias: ſobre que pido juſticia, &c.

LI-

(b) Leg. 1. ff. *Pro ſoc.* leg. 1. tit. 10. Part. 5.
(c) Leg. *Nulla*, ff. *Pro ſocio.*
(d) Leg. *Societas contrahitur*, ff. *Pro ſocio* in princ. Inſtit. de *Societ.* leg. 3. tit. 10. Part. 5.
(e) Leg. *Si ſocietatem*, leg. *Si quis ſocietatem*, ff. *Pro ſocio*, & firmat gloſſ. in leg. fin. Cod. *Quæ res pign. oblig.*
(f) Leg. *Coire*, cum ſeqq. ff. *Pro ſocio.*
(g) Leg. 3. verſ. *Cum ſpecialiter*, & ibi gloſſ. ff. *Pro ſocio*, Paulus Caſtr. conſ. 185. col. fin. Bart. conſ. 22. vol. 1. Alex. conſ. 47. col. 2. tom. 2. & convenit leg. 6. & 9. tit. 10. Part. 5. & reſol. Anton. Gom. 2. tom. Variar. cap. 5. n. 3. & 4. tametſi contrarium teneant Carol. Ruin. conſil. 104. col. 4. vol. 1. Dec. conſ. 66. col. 2. & Aimon Cravet. conſ. 26. col. 2.
(h) Ut probatur in princip. Inſtit. de *Societat.* & in leg. 1. tit. 10. Part. 5.
(i) Ut in leg. *Societatem*, ff. *Pro ſocio*, & in §. *Solvitur*, Inſtit. de *Societat.* & in leg. 10. tit. 10. Part. 5.
(j) Ut in §. *Ex quibuſdam*, Inſtit. de *Pœna temere litigan.*
(k) Leg. *Pro ſocio*, §. *Si Titium*, leg. *Cum duobus*, §. *Item reſpondit*, ff. *Pro ſocio.*
(l) Leg. *Verum*, §. fin. cum leg. ſeq. & in leg. *Tandiu*, ff. *Pro ſocio.*
(m) Ut in dict. leg. *Tandiu*, & ibi gloſſ. verb. *Data*, & reſolvunt Jaſ. in §. *Sequens*, n. 37. & Mſing. in §. *Rei perſequendæ*, n. 58. Inſtit. de *Action.*
(n) Text. in leg. *Si non fuerit*, ff. *Pro ſocio*, & in princ. Inſtit. de *Societ.* in leg. 1. tit. 10. Part. 5.
(o) In Rubr. Cod. *Pro ſocio*, & Jaſ. in dict. §. *Sequens*, num. 41.

LIBELLUS IN ACTIONE PRO SOCIO *in 3. caſu ad diſſolvendam ſocietatem.*

Iluſtre Señor.

15. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
„ go demanda à Fulano, y digo: que entre
„ mi, y Fulano defunto, y Fulano, y Fulano
„ vecinos de eſta Ciudad fuè fecha, y contra-
„ hida compañia de todos nueſtros bienes ha-
„ bidos, y por haber, para que juntamente
„ todos trataſſemos con ellos, y puſieſſemos
„ una tienda de paños, y ſedas en la rua de
„ eſta Ciudad, con que lo que ſe ganaſſe, y
„ adquireſſe en el dicho trato, ſe partieſſe en-
„ tre todos por iguales partes, la qual com-
„ pañia ha durado por eſpacio de tantos años;
„ y agora Fulano, uno de los dichos compa-
„ ñeros, es muerto, y paſſado de eſta preſen-
„ te vida, y por ſu muerte ſe diſſolviò, y
„ acabò la dicha compañia; por lo qual Fu-
„ lano, y Fulano, como tales compañeros, y
„ Fulano, y Fulano, como herederos del di-
„ cho Fulano defunto eſtàn obligados à jun-
„ tarſe conmigo, para que aſsi todos juntos
„ hagamos cuenta de todos los maravedis, y
„ bienes, que en la dicha compañia hay, y
„ hecha la dicha cuenta, partamos los di-
„ chos bienes, y ganancias, que huviere,
„ conforme à los capitulos de la dicha compa-
„ ñia; y aunque por mi han ſido muchas ve-
„ ces requeridos, que ſe nombraſſen Contado-
„ res para las dichas cuentas, no lo han que-
„ rido, ni quieren hacer ſin pleyto: por que
„ pido à Vmd. que habida mi relacion por
„ verdadera, en la parte que baſte, por ſu
„ ſentencia condemne à los dichos adverſos, à
„ que de ſu parte dentro de un breve ter-
„ mino nombren Contadores, que ſe junten
„ con Fulano, que yo de mi parte deſde lue-
„ go nombro, para hacer las dichas cuentas,
„ con apercibimiento, que no los nombran-
„ do, Vmd. de ſu oficio los nombrarà, y re-
„ ſervando en ſi nombramiento de tercero, en
„ caſo de diſcordia; y anſimiſmo ſeñalando à
„ los dichos Contadores nombrados lugar, y
„ hora, en que ſe junten cada dia, haſta fene-
„ cer y acabar las dichas cuentas, mandan-
„ doles, que adjudiquen à cada una de las
„ partes lo que han de haber, conforme à
„ los capitulos de la dicha compañia: ſobre
„ que pido juſticia, &c.
„Otroſi, hago preſentacion de eſta eſcrip-
„ tura pública de compañia, con el juramen-
„ to y ſolemnidad neceſſaria, &c. de la qual
„ me pretendo aprovechar, en lo que es y ſer
„ pudiere en mi favor, è no en mas, ni alien-
„ de: y para ello, &c.

EX §. OCTAVO.

SUMMARIA.

1 *Actio tutelæ eſt bonæ fidei, & alia eſt directa, & alia contraria.*
2 *Actio tutelæ directa à jure civili deſcendit, contraria vero à jure prætorio.*
3 *Actio directa tutelæ cui, & adverſus quem, & ad quid competat.*
4 *Tutor rationem reddere debet per inventarium in principio adminiſtrationis factum.*
5 *Tutor, ſi inventarium bonorum pupilli non confecerit, juratur in litem contra eum, in quod pupilli intereſt.*
6 *Pupillus tranſmittit juramentum in litem in ſuos hæredes contra tutorem.*
7 *Tutor tenetur de dolo, lata culpa, & levi.*
8 *Actio tutelæ contraria cui, & adverſus quem, & ad quid detur.*
9 *Actio* pro tutelæ *quæ dicatur, & à quo inventa fuerit.*
10 *Actio* pro tutelæ *eſt directa, & contraria, & cui, & adverſus quem quælibet competat.*
11 *Libellus in actione directa tutelæ.*
12 *Libellus in actione contraria tutelæ.*
13 *Libellus in actione directa*, pro tutelæ.

§. OCTAVUS.

DE ACTIONE TUTELÆ.

1. Actio *tutelæ* bona fidei eſt, (a) & eſt *directa*, & *contraria*: (b) 2. directa à *jure civili* deſcendit, (c) contraria verò à *jure prætorio*: (d) 3. directa competit pupillo, finita tutela, ut rationem ſuæ adminiſtrationis reddat, nec antea datur: (e) & quibus modis tutela finiatur traditur in tot. tit. Inſtit. *Quib. mod. tutel.* & in leg. fin. tit. 16. Part. 6.

4. Quam rationem tutor reddere debet per inventarium, quod in principio adminiſtra-

(a) Ut in dict. §. *Actionum.*
(b) Leg. 1. de *Contrar. tutel. & util. action.* §. *Tutores*, Inſt. de *Oblig. quæ ex quaſi contract. naſc.*
(c) §. 1. Inſtit. de *Tutel.*
(d) Leg. 1. ff. de *Contr. tutel. & util.*
(e) Leg. *Si tutor* 9. §. *Si teſtamento*, leg. *Niſi finita* in princip. ff. de *Tutel. & rat. diſtrah.* leg. *Adverſus*, & leg. *Rationes*, Cod. de *Adminiſtr. tutor.*

trationis facere tenetur; (*f*) 5. alioquin, ſi inventarium non confecerit, juratur *in litem* contra eum in id, quod pupilli intereſt: (*g*) contra hæredes tutoris *in litem* non juratur; (*h*) 6. ipſi tamen pupilli bene tranſmittunt hoc juramentum *in litem* in ſuos hæredes, (*i*) 7. teneturque tutor de dolo, lata culpa, & levi. (*j*)

8. Contraria actio tutelæ datur tutori adverſus pupillum, ut reſtituat ſibi, quod impendit in adminiſtratione, & liberet eum ab obligatione, quam pro eo contraxit: (*k*) & eſt etiam *bonæ fidei*, ſecundum Gloſſam: (*l*) 9. alia etiam actio inventa fuit à Prætore, quæ actio *pro tutelæ* dicitur, 10. & eſt *directa*, & *contraria*: directa datur pupillo adverſus eum, qui ſe pro tutore geſſit, cum re vera non eſſet tutor, ad hoc ut rationem ſibi reddat, quæ ſtatim, cognito errore, intentari poteſt: (*m*) contraria verò actio *pro tutelæ* competit ei, qui ſe pro tutore geſſit, ad impenſas utiliter, & neceſſario in adminiſtratione factas, quæ etiam, deprehenſo errore, ſtatim moveri poteſt. (*n*) Et libellus in hac actione concipiendus erit modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE
directa tutelæ.

Iluſtre Señor.

11. „ Fulano, parezco ante Vmd. como
„ Curador *ad litem*, que ſoy de Fulano, y
„ pongo demanda à Fulano, y digo: que es
„ aſsi, que haviendo quedado el dicho mi me-
„ nor de edad de cinco años al tiempo que
„ muriò, y paſſò de eſta preſente vida Fula-
„ no padre legitimo del dicho mi menor, el
„ dicho adverſo fuè proveìdo por la Juſticia
„ de eſta Ciudad por Tutor de la perſona,
„ y bienes del dicho mi menor, y le fuè de-
„ cernida la dicha tutela, como conſta de eſ-
„ ta eſcriptura, de que hago preſentacion,
„ con la ſolemnidad y juramento neceſſario,
„ &c. y como tal Tutor del dicho mi menor
„ aceptò la herencia y bienes del dicho ſu
„ padre, y ha regido y adminiſtrado ſus bienes,
„ y hacienda haſta agora: y porque el dicho
„ mi menor es yà de catorce años cumplidos,
„ y la dicha tutela acabada, quiere que los
„ dichos ſus bienes le ſean entregados, y el
„ dicho adverſo le dè quenta con pago de
„ la dicha ſu hacienda, y de los fructos y
„ rentas de ella, à lo qual el dicho adverſo
„ eſtà obligado; y aunque ha ſido por el di-
„ cho mi menor muchas veces requerido que
„ lo haga, no lo ha querido hacer ſin pley-
„ to: por que pido à Vmd. que habida mi re-
„ lacion por verdadera, en la parte que baſ-
„ te, por ſu ſentencia, que en tal caſo lu-
„ gar haya, condemne al dicho adverſo, à que
„ dè quenta con pago por inventario legiti-
„ mamente fecho al dicho mi menor de la
„ dicha ſu hacienda, y fructos de ella, que han
„ rentado y podido rentar, y que rentaren
„ haſta la real entrega; y en defecto de no
„ lo hacer anſi, defiera el juramento *in litem*
„ al dicho mi menor, haſta en quantidad de
„ quatro mil ducados, que la dicha hacienda,
„ y ſus fructos valdria, mandando aſsimiſmo
„ al dicho adverſo, que dentro de un breve
„ termino nombre un Contador de ſu parte,
„ que ſe junten con Fulano, al qual yo deſde
„ luego nombro por parte del dicho mi me-
„ nor, para que ambos à dos juntos hagan
„ las dichas quentas, con apercibimiento, que
„ no lo nombrando, Vmd. lo nombre de ſu
„ oficio, y reſerve en sì el nombramiento
„ de tercero, en caſo de diſcordia, ſeñalan-
„ doles lugar y hora, donde cada dia ſe
„ junten à hacer las dichas quentas, haſta las
„ fenecer y acabar; ſobre que pido juſticia,
„ &c.

LIBELLUS IN ACTIONE
contraria tutelæ.

Iluſtre Señor.

12. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
„ go demanda à Fulano, y digo: que al tiem-
„ po que Fulano padre legitimo del dicho ad-
„ verſo muriò, y paſſò de eſta preſente vida,
„ el dicho adverſo quedò de edad de ocho
„ años, è el dicho ſu padre en ſu teſtamento
„ con que muriò, me dexò por ſu Tutor, è
„ yo aceptè el dicho oficio, y le llevè à
„ mi caſa, è tenido cuenta con ſu perſo-
„ na, è he adminiſtrado ſu hacienda, haſta ago-
„ ra que el dicho adverſo es de edad de ca-
„ torce años cumplidos, è el dicho mi oficio
„ ſe ha acabado, y en todo el dicho tiempo
„ que he ſido ſu Tutor, he gaſtado de mi ha-
„ cien-

(*f*) Ut in leg. fin. in fin. Cod. de *Arbitr. tutel.* & in leg. 25. tit. 16. Part. 6. & ibi Greg. Lup.

(*g*) Leg. *Tutor, qui repertorium* 7. in princ. ff. de *Admin. tutor.*

(*h*) Leg. fin. Cod. de *In litem jurand.*

(*i*) Probat Paul. Caſtrenſ. in leg. *Si per alium*, §. fin. ff. *Ne quis eum, qui in jus voc.*

(*j*) Leg. 1. in princ. ff. de *Tutel. & ration. diſtrah.*

(*k*) Leg. 1. ff. de *Contr. tutel.* & in dict. §. *Tutores.*

(*l*) Receptam in dict. §. *Actionum*, verb. *Tutelæ.*

(*m*) Leg. 1. §. 1. & §. *Cum eo*, ff. de *Eo qui pro tutore.*

(*n*) Leg. 1. ff. de *Contr. tutel.*

„ cienda en ſus alimentos, è otras coſas uti-
„ les, è neceſſarias mas de quatrocientos du-
„ cados; y ſiendo obligado à me los dàr, è
„ pagar, no lo ha querido hacer ſin pleyto,
„ aunque por mì él, è ſu Curador han ſido
„ muchas veces requeridos: por que pido à
„ Vmd. que habida mi relacion por verdade-
„ ra, en quanto baſte, por ſu ſentencia, que
„ lugar haya, condemne al dicho adverſo, y à
„ ſu Curador en ſu nombre, à que me dèn, è pa-
„ guen los dichos quatrocientos ducados, y à
„ ello les compela, è apremie por todo rigor
„ de derecho: ſobre que pido juſticia, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE
directa pro tutelæ.

Iluſtre Señor.

13. „ Fulano, parezco ante Vmd. como
„ Curador *ad litem* de Fulano, y pongo de-
„ manda à Fulano, è digo: que al tiempo que
„ Fulano defunto padre legitimo del dicho
„ mi menor muriò, dexò por ſu univerſal he-
„ redero al dicho mi menor, cuyos bienes,
„ y herencia tiene aceptados, y neceſſario ſien-
„ do, yo en ſu nombre de nuevo los acepto con
„ beneficio de inventario, y al dicho tiempo el
„ dicho mi menor quedò muy niño, è de po-
„ ca edad, è el dicho adverſo lo llevò à ſu ca-
„ ſa, è ſe entremetiò en ſu hacienda, y en la
„ adminiſtracion de ella, como ſi verdadera-
„ mente fuera ſu Tutor, no lo ſiendo; por lo
„ qual eſtà obligado à dàr quenta con pago al
„ dicho mi menor de la dicha ſu hacienda por
„ inventario legitimamente hecho: por que pi-
„ do à Vmd. que habida mi relacion por ver-
„ dadera, en quanto baſte, condemne al dicho
„ Fulano, à que dè la dicha quenta por inven-
„ tario juridicamente hecho al dicho mi me-
„ nor, y no lo haciendo, le defiera el juramen-
„ to *in litem* haſta tanta quantidad, y man-
„ de al dicho adverſo nombre Contador, &c.

Ut ſupra diximus in libello actionis directæ tutelæ: & pari modo, *mutatis mutandis*, in actione contraria *pro tutelæ* erit formandus libellus, ſicut ſupra diximus in libello actionis contrariæ tutelæ.

EX §. NONO.

SUMMARIA.

1 *Actio commodati duplex eſt, directa, & contraria, & utraque bonæ fidei.*

2 *Actio commodati directa cui, & adverſus quem, & ad quid detur.*

3 *Commodatum à precario in quo differat.*

4 *Commodatarius tenetur de dolo, & de omni culpa lata, levi, & leviſsima, cum ad ejus inſtantiam ſibi fuit res commodata, alias vero tantum tenetur de dolo.*

5 *Commodatarius, re perempta, æſtimationem, deteriorata, intereſſe præſtare debet.*

6 *Libellus in actione commodatì directa.*

7 *Libellus in actione contraria commodati.*

§. NONUS.

DE ACTIONE COMMODATI.

1. Actio *commodati* duplex eſt, *directa*, & *contraria*, & utraque *bonæ fidei*: (*a*) 2. directa datur commodanti, ut rem commodatarius reſtituat, & ſi deteriorata fuerit, intereſſe ſolvat: contraria vero competit commodatario, ut ſibi ſolvatur quanti ſua interſit, rem commodatam ante finitum uſum, & tempus non fuiſſe ſibi ablatam, & ut reſtituantur expenſæ in re commodata neceſſario factæ, deſcenditque ex contractu commodati, qui re contrahitur, (*b*) veluti, quando ad certum tempus, & uſum tacite, vel expreſſe res aliqua traditur alicui. (*c*)

3. Et in hoc differt commodatum à precario, quia commodatum ad certum tempus, & uſum limitatum tacite, vel expreſſe datur, & ante finitum uſum, vel tempus revocari nequit; (*d*) precarium vero datur ad libitum, non determinato tempore tacite, vel expreſſe: & quandocumque revocari poteſt: (*e*) ac ideo actor in libello dicere debet, *ſe rem commodaſſe ad certum & determinatum tempus, & uſum, jam finitumque eſſe.*

4. Qua in re advertendum eſt, quod commodatarius tenetur de dolo, & de omni culpa lata, levi, & leviſsima, quando ad ejus inſtantiam & petitionem res fuit ſibi commoda-
ta;

(*a*) Text. & ibi Ang. & Jaſſ. in dict. §. *Actionum.*

(*b*) Ut probatur in §. *Item is, cui*, Inſtit. *Quib. mod. re contrah. oblig.*

(*c*) Leg. 1. & 2. ff. *Commod.* leg. 1. Cod. eod. tit. cap. 1. Extrà de *Commod.* leg. 1. tit. 1. Part. 5. & leg. 1. tit. 2. Part. 5.

(*d*) Leg. *In commodato*, §. *Sicut*, ff. *Commod.* leg. *Continuus*, §. *Cum quis*, ff. de *Verb. oblig.*

(*e*) Text. in leg. 1. & tot. tit. ff. de *Precar.* & in cap. fin. Extrà de *Precar.* docet Bart. in dict. leg. *In commodato*, §. *Sicut*, & in leg. *Aquilius Regulus*, oppoſit. 1. ff. de *Donat.* Panorm. in cap. fin. de *Precar.* Ant. Gom. cum aliis 2. Tom. Variar. cap. 7. n. 1.

ta; (*f*) alioquin, ſi ad petitionem ipſius commodatarii res non fuiſſet commodata, ſolummodo commodatarius teneretur de dolo; (*g*) 5. & ſi res perempta fuerit, æſtimationem commodatarius ſolvere debebit, & ſi deteriorata fuerit, intereſſe: (*h*) ac ideo actor in libello dicere debet, *ſe ad inſtantiam commodatarii rem commodaſſe ad certum tempus, & uſum jam elapſum, & finitum.* Et libellus erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE
commodati directa.

Iluſtre Señor.

6. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que yo em-
,, preſtè al dicho adverſo à ſu ruego, è impor-
,, tunidad un caballo caſtaño eſcuro, de edad
,, de ſeis años, el qual me pidiò para paſſear,
,, y tuar en él en eſta Ciudad por ocho dias,
,, y al tiempo que ſe lo dì y entreguè, eſta-
,, ba muy ſano y bueno, y valia à ſu juſta
,, y comun eſtimacion cien ducados; y havien-
,, dolo de mi recibido para el dicho efecto, y
,, teniendolo en ſu poder, y aprovechadoſe
,, de èl mas de diez dias, por haverle tra-
,, tado mal, el dicho caballo ſe resfriò y eſtà
,, manco, de manera que no vale de veinte y
,, cinco ducados arriba; por lo qual el dicho
,, adverſo eſtà obligado à me dár è pagar, to-
,, do lo que agora vale menos el dicho ca-
,, ballo por ſu culpa y cauſa, de lo que va-
,, lia al tiempo que de mi lo recibiò; y aun-
,, que por mi ha ſido requerido que aſsi lo
,, haga, no lo ha querido, ni quiere hacer ſin
,, pleyto: por que pido à Vmd. que habida
,, mi relacion por verdadera, en la parte que
,, baſte, del dicho adverſo me haga juſticia, y
,, por ſu ſentencia le condemne, à que me buel-
,, va, y reſtituya el dicho caballo que le empreſ-
,, tè con mas los ſeſenta y cinco ducados, que
,, vale menos por haverſe resfriado, en los
,, quales eſtimo el dicho menoſcabo, ſalvo la
,, judicial taſſacion de Vmd. ſobre que pido
,, juſticia, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE
contraria commodati.

Iluſtre Señor.

7. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que havien-
,, dome el dicho adverſo empreſtado una mu-
,, la regalada, de cola corta vaya, para ir à
,, la feria de Medina del Campo, y andar allà
,, en ella haciendo mis negocios, todo el tiem-
,, po que duraſſen los pagos; y haviendo yà
,, quatro dias, que yo para el dicho efecto
,, la tenia en mi caſa, y haviendo gaſtado con
,, ella en curarla de un muermo que le diò,
,, y en herraduras, y otras coſas neceſſarias
,, tantos reales, el dicho adverſo me tomò la
,, dicha mula, y no me dexò ir en ella à la di-
,, cha jornada, ni aprovecharme de ella pa-
,, ra el efecto, que me la havia empreſtado,
,, por lo qual he dexado de ir à la dicha fe-
,, ria à entender en mis negocios, y ſe me
,, han ſeguido de intereſſes, daños, y menoſ-
,, cabos, por haverme tomado la dicha mula,
,, y no haverme dexado uſar de ella, tantos
,, ducados; y ſiendo obligado à me los pagar
,, con mas los gaſtos neceſſarios, que hice con
,, la dicha mula; y haviendole requerido mu-
,, chas veces que me los pagaſſe, no lo ha
,, querido hacer ſin pleyto: por que pido à
,, Vmd. que habida mi relacion por verda-
,, dera, en quanto baſte, del dicho adverſo me
,, haga juſticia, y le condene à que me dè y
,, pague los daños, intereſſes, y menoſcabos,
,, que ſe me han ſeguido, por haverme toma-
,, do la dicha mula, y eſtorvado el uſo de
,, ella, que eſtimo en tantos ducados, ſalvo
,, la judicial taſſacion de Vmd. y aſsimeſmo
,, le condemne, à que me dè y pague los di-
,, chos gaſtos, que con la dicha mula hice;
,, ſobre que pido juſticia, &c.

EX §. DECIMO.

SUMMARIA.

1 A*ctio* præſcriptis verbis *in duobus caſibus eſt bonæ fidei, quando agitur de æſtimato, & quando agitur de permutatione.*

2 *Contractus innominati ex quo dicti fuerint.*

3 *Contractus innominati in quibus ſpeciebus conſiſtant.*

4 *Actio* præſcriptis verbis *datur in contractibus innominatis, do ut des, facio ut facias: & do ut facias; actio vero de dolo in contractu, facio ut des.*

5 *Actio* præſcriptis verbis *in multis caſibus habet locum.*

Ac-

(*f*) Leg. *Si ut certo*, §. *Nunc videndum*, ff. *Commod.* text. in dict. §. *Item is cui.*

(*g*) Text. in dict. leg. *Si ut certo*, §. *Interdum.*

(*h*) Leg. 3. §. *Si reddita*, ff. *Commod.*

6 *Actio de dolo datur in contractu innominato, facio ut des, quando ex facto meo nihil tibi adeſt; ſed ſi tibi ex facto meo aliquid adeſt, & tu non des, actio præſcriptis verbis competit.*

7 *Actio* præſcriptis verbis *ceſſat, quando dolus intervenit.*

8 *Actio* præſcriptis verbis *ex quolibet contractu innominato deſcendens eſt ſtricti juris, præter quam in duobus caſibus.*

9 *Actio* præſcriptis verbis *æſtimatoria cui, & adverſus quem, & ad quid competat.*

10 *Libellus in actione* præſcriptis verbis *æſtimatoria alternative concipiendus eſt.*

11 *Actio* præſcriptis verbis *æſtimatoria datur utilis, cum merces intervenit.*

12 *Actio* præſcriptis verbis *ex permutatione deſcendens cui, & adverſus quem, & ad quid competat.*

13 *Permutationis contractus eſt, quando una ſpecies pro alia datur; quando vero genus pro genere, vel ſpecie, aut ſpecies pro genere, eſt contractus innominatus.*

14 *Actio* præſcriptis verbis *ex permutatione deſcendens ut competat, requiritur, quod implementum fuerit ſecutum ex parte agentis.*

15 *Libellus in actione* præſcriptis verbis *ex permutatione deſcendente eſt concipiendus alternative.*

16 *Libellus in actione* præſcriptis verbis *æſtimatoria.*

17 *Libellus in actione* præſcriptis verbis *ex permutatione.*

§. DECIMUS.

DE ACTIONE PRÆSCRIPTIS VERBIS.

1. IN duobus caſibus actio *præſcriptis verbis* eſt bonæ fidei, primus eſt, quando agitur *de æſtimatio*, ſecundus eſt, quando *de permutatione* agitur: 2. pro quorum cognitione conſtituendum eſt, quod cum plura eſſent negotia, quam vocabula, inductum fuit, quod eſſent quidam contractus, qui *innominati* dicerentur, ex eo quod non haberent nomen ſpecificum & elegans, (*a*) quo caſu agendum erit, vel *præſcriptis verbis*, vel actionibus, quæ *in factum* appellantur: (*b*) 3. qui contractus innominati conſiſtunt in his ſpeciebus, ſcilicet, *do ut des, facio ut facias, do ut facias, facio ut des*: (*c*) 4. Et in tribus prioribus exemplis actio *præſcriptis verbis* datur, in quarto vero competit actio *de dolo.* (*d*)

5. Et licet in pluribus caſibus locus ſit actioni *præſcriptis verbis*; (*e*) tamen in ſupradicto poſteriori exemplo, nempe in contractu, *facio ut des*, ſola actio *de dolo* datur: (*f*) 6. quod intelligunt verum eſſe DD. communiter, (*g*) quando ex facto meo nihil tibi adeſt, tunc actio ſola *de dolo* datur; (*h*) cæterum, ſi ex facto meo aliquid adeſt tibi, & tu non des, tunc actio *præſcriptis verbis* datur, (*i*) qui tamen intellectus communis multum reſtringit text. indiſtincte loquentem in leg. *Naturalis*, §. *Quod ſi faciam*, ff. de *Præſcr. verb.* unde verius dici poteſt, quod in omnibus ſupradictis quatuor exemplis, & ſpeciebus contractus innominati datur actio *præſcriptis verbis*; (*j*) 7. at vero, ſi in aliquo ex dictis quatuor contractibus innominatis dolus intervenerit, dabitur actio *de dolo*, & ceſſabit actio civilis *præſcriptis verbis*, (*k*) ob idque in dict. §. *Quod ſi faciam* ceſſat civilis actio *præſcriptis verbis*, quia ille, qui dare debebat, fuit in dolo, inducens alium ad faciendum id, quod alias facturus non erat, ſi promiſſum non daret alter, qui poſtmodum promiſſum dare ceſſavit; ac proinde fuit in dolo, & ceſſat actio *præſcriptis verbis*, & datur ſola actio *de dolo*.

8. Rurſus conſtituendum eſt, quod actio *præſcriptis verbis* ex quolibet contractu innominato deſcendens eſt *ſtrictis juris*, præterquam in duobus caſibus ſupradictis, ſcilicet, quando *ex æſtimato*, vel quando *ex permutatione* agitur: nam tunc *bonæ fidei* eſt propter ſimilitudinem, quam habet, cum contractibus bonæ fidei, ſecundum Jaſſonem. (*l*) 9. Et actio præſcriptis verbis *æſtimatoria* competit ei, qui rem aliquam alteri certa æſtimatione dat, aut utendam, aut vendendam, ad hoc ut accipiens, aut

(*a*) Leg. *Naturalis*, ff. de *Præſcript. verb.*

(*b*) Leg. 1. & 2. ff. de *Præſcript. verb.*

(*c*) Leg. *Naturalis* in princip. ff. de *Præſcript. verb.* leg. *Juris gentium*, §. 1. ff. de *Pact.* & leg. fin. tit. 6. Part. 5.

(*d*) Dict. leg. *Naturalis*, §. *Quod ſi faciam*, & ibi notant Bart. & alii.

(*e*) Ut ex ſuperioribus patet, & explicat Anton. Gom. 2. tom. Variar. cap. 8. Duaren. lib. 1. Diſputat. cap. 11. Balduin. in §. fin. Inſtit. de *Leg. Aquil.* & Hotom. de Verbis juris, verb. *Præſcriptis verbis.*

(*f*) Ut in dict. leg. *Naturalis*, §. *Quod ſi faciam*, quam intelligit gloſſ. in dict. §. *Actionum*, verb. *Ex permutatione.*

(*g*) Ex Alex. in leg. *Cum proponas*, n. 5. Cod. de *Dolo*, & Benicaſ. in dict. §. *Actionum*, n. 618.

(*h*) Et ita procedit text. in dict. §. *Quod ſi faciam.*

(*i*) Ut in leg. *Cum mota* in fin. Cod. de *Tranſact.* & ita DD. communiter componunt text. in §. *Quod ſi faciam*, cum text. in dict. leg. *Cum mota.*

(*j*) Ut in dict. leg. *Cum mota*, & in dict. leg. *Juris gentium.*

(*k*) Ut in dict. leg. *Naturalis*, §. *At cum do* in fin. & in leg. *Solent*, ff. de *Præſcript. verb.*

(*l*) In dict. §. *Actionum*, & Alex. in leg. *In Actionibus*, ff. de *In litem jurand.*

aut eandem rem reſtituat, vel dictam æſtimationem det; (*m*) 10. ac ideo libellus alternative erit concipiendus, nempe, *quod reus reſtituat rem*, vel *ejus æſtimationem*, ut notat Bartolus: (*n*) 11. nec refert, an quis rem recipiat cum mercede, aut ſine mercede: nam ſi merces intervenerit, dabitur utilis *æſtimatoria*: (*o*) fuitque neceſſarium hanc actionem introducere, quia olim dubitabatur, an eſſet contractus emptionis, locationis, vel conducti. (*p*)

12. At vero actio *præſcriptis verbis* ex permutatione deſcendens competit ei, qui rem ſuam animo permutandi dedit, ad hoc ut rem ex permutatione ab altero conſequatur, vel intereſſe ſibi reſtituatur: 13. pro cujus elucidatione eſt conſtituendum, quod contractus permutationis eſt, *quando una ſpecies pro alia datur*, alioquin, ſi genus pro genere, vel genus pro ſpecie, vel ſpecies pro genere daretur, eſſet contractus innominatus, *do ut des*. (*q*)

14. Et ad hoc ut hæc actio competat, requiritur, quod implementum fuerit ſecutum ex parte agentis: (*r*) hodie vero de *Jure Regio*, ante implementum ex aliqua parte actio iſta oritur, leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. (*ſ*) 15. Et in hac actione libellus *alternative* erit concipiendus, ſecundum Gloſſam. (*t*)

LIBELLUS IN ACTIONE, *præſcriptis verbis ex æſtimato.*

Iluſtre Señor.

16. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pongo
,, demanda à Fulano, y digo: que yo dì al
,, dicho adverſo una ropa de terciopelo, para
,, que la vendieſſe, ò uſaſſe de ella, eſtimada
,, y apreciada en trecientos reales: y ſi no ha-
,, llaſſe quien ſe los dieſſe por ella, ò no qui-
,, ſieſſe uſar de ella, que me la bolvieſſe, y
,, agora el dicho adverſo, ni quiere dàrme los
,, dichos trecientos reales, ni bolverme la di-
,, cha ropa, aunque à ello es obligado, y por
,, mì ha ſido requerido: por que pido à Vmd.
,, que habida mi relacion por verdadera, en la
,, parte que baſte, condemne al dicho adver-
,, ſo à que me dè, y buelva la dicha ropa, ò
,, me pague los dichos trecientos reales: ſobre
,, que pido juſticia, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE PRÆSCRIPTIS *verbis ex permutatione.*

Iluſtre Señor.

17. ,, Fulano parezco ante Vmd. y pongo
,, demanda à Fulano, y digo: que el dicho
,, adverſo, è yo fuìmos concertados de trocar
,, un caballo mio, caſtaño claro, por otro ſu
,, caballo rucio rodado: è yo cumpliendo de
,, mi parte lo que era obligado, le dì y en-
,, treguè el dicho mi caballo, è èl de mì lo re-
,, cibiò, y ſe diò por contento è entrego, è
,, eſtà obligado à dàrme, è entregarme el di-
,, cho ſu caballo, è no lo ha querido, ni quie-
,, re hacer ſin pleyto: por que pido à Vmd.
,, que habida mi relacion por verdadera, en la
,, parte que baſte, le compela à que me pague
,, el intereſſe, que por no me lo entregar ſe
,, me ha ſeguido, que eſtimo en tantos duca-
,, dos, ſalvo la judicial taſſacion de Vmd. ſo-
,, bre que pido juſticia, &c.

EX §. UNDECIMO.

SUMMARIA.

1 *Actio petitionis hæreditatis eſt bonæ fidei, & cui, & adverſus quem, & ad quid competat.*

2 *Actio petitionis hæreditatis eſt mixta, perſonalis, & realis.*

3 *Actio petitionis hæreditatis in rem plures habet effectus actionis perſonalis.*

4 *Actio petitionis hæreditatis ut competat, quæ requirantur.*

5 *Libellus in actione petitionis hæreditatis quid continere debeat.*

6 *Actio petitionis hæreditatis ut competat, requiritur, quod actor ſit hæres.*

7 *Actio petitionis hæreditatis non competit inſtituto in quota bonorum, cum ſit legatarius.*

8 *Actio petitionis hæreditatis intentari debet contra poſſidentem titulo pro hærede, vel pro poſſeſſore.*

9 *Actio petitionis hæreditatis non competit poſſidenti hæreditatem, vel partem ejus titulo ſingulari.*

10 *Libellus in actione petitionis hæreditatis.*

(*m*) Leg. 1. *Cum ſuo* §. ff. de *Æſtimat. action.*
(*n*) Per text. ibi in leg. 1. ff. de *Æſtim. action.*
(*o*) Leg. 2. ff. de *Æſtim. action.*
(*p*) Leg. 1. ff. de *Æſtim. action.*
(*q*) Ut in leg. *Naturalis*, §. *At cum do*, ff. de *Præſcript. verb.* gloſſ. in leg. 1. Cod. de *Rerum permut.* & in leg. 1. ff. eod. tit. leg. 1. tit. 6. Part. 5. Anton. Gom. 2. tom. Variar. cap. 8. n. 6. in fin. & Miſing. in dict. §. *Actionum*, n. 91.
(*r*) Leg. *Ex placito*, Cod. de *Rerum permut.*
(*ſ*) Anton. Gom. dict. cap. 8. n. 4. & Did. Perez in leg. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. verſ. Dubitari non inſubtiliter.
(*t*) In leg. *Cum precibus*, Cod. de *Rerum permutat.* & Bart. in leg. unic. Cod. de *Sentent. quæ pro eo, quod intereſt.*

§. UNDECIMUS.

DE ACTIONE PETITIONIS hæreditatis.

1. Actionem *petitionis hæreditatis* inter actiones *bonæ fidei* connumerat Imperator in dict. §. *Actionum*, & competit hæredi, qui hæreditatem adiit, & poſſeſsionem non fuit adeptus adverſus poſſidentem *pro hærede*, vel *pro poſſeſſore*, ad hoc ut actor hæreditatem totam, vel partem cum acceſsionibus conſequatur: (*a*) & hæc actio eſt univerſalis, (*b*) 2. & eſt mixta, perſonalis, & realis; (*c*) 3. quamvis proprie *in rem* actio ſit, ex parte poſſeſsionis adverſarii plures effectus habens actionis perſonalis. (*d*)

4. Et ad hoc ut hæc actio competat, & recte intentetur, requiruntur ſequentia: primò, quod actor in libello concludat, *quod Judex declaret eum hæredem eſſe, & hæreditatem ad ſe pertinere*, (*e*) & quod petat, *ut Judicis officio ſibi reſtituatur, quidquid reus ex hæreditate poſſederit*; (*f*) 5. quo fit, in libello neceſſariam non eſſe expreſsionem ſingularum rerum, ſed ſufficere actorem petere, *ſe hæredem defuncti declarari, & ad eum hæreditatem pertinere, reumque officio Judicis damnari, ad reſtitutionem omnium rerum ad illam hæreditatem pertinentium*, ſecundum Gloſſam. (*g*)

6. Secundò requiritur, quod actor ſit hæres, ſive *ex teſtamento*, ſive *ab inteſtato*, ſive *univerſalis*, ſive *in aliqua parte* hæreditatis, (*h*) ſive ſit hæres *immediatus*, ſive *mediatus*, veluti hæres primi hæredis: (*i*) 7. ſi tamen eſſet inſtitutus in quota bonorum, tunc hæc actio non competeret, quia eſſet legatarius. (*j*)

8. Tertio requiritur, quod iſta actio intentetur contra poſſidentem hæreditatem titulo *pro hærede*, vel *pro poſſeſſore*, (*k*) etiam ſi unicam tantum rem, & minimam poſſederit; (*l*) 9. at vero contra poſſidentem aliquam hæreditatem, vel partem ejus titulo ſingulari hæc actio non competit: (*m*) utilem tamen tunc petitionem hæreditatis competere adverſus eum, qui univerſitatem, vel hæreditatem poſſidet quoquo titulo, contendit Joann. Parladorius. (*n*) Et plura in praxi utilia circa hanc actionem petitionis hæreditatis congerunt Anton. Gomez, (*o*) & Covarruvias: (*p*) & libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *hæreditatis.*

Iluſtre Señor.

10. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que anſi es,
,, que Fulano, vecino de eſte Lugar, en ſu
,, teſtamento y poſtrimera voluntad, con que
,, muriò y paſsò de eſta preſente vida, me
,, dexò por ſu univerſal heredero: cuyos bie-
,, nes, y herencia yo tengo aceptada con be-
,, neficio de inventario, y neceſſario ſiendo,
,, de nuevo la acepto con el dicho beneficio de
,, inventario, el qual eſtoy preſto de hacer,
,, luego que los bienes vinieren à mi poder;
,, y al tiempo que el dicho Fulano muriò, dexò
,, muchos bienes muebles, raìces, ſemovientes,
,, deudas, derechos, acciones, joyas de oro
,, y plata, y moneda amonedada: en los qua-
,, les bienes el dicho adverſo, pretendiendo
,, ſer heredero del dicho defuncto, ſe metiò
,, y apoderò, y los tiene ocupados; y aunque
,, le conſta del dicho teſtamento, en el qual
,, yo fuì inſtituìdo por univerſal heredero, y
,, conforme à ello es obligado à reſtituìrme la
,, dicha herencia, no lo quiere hacer ſin pley-
,, to: por que pido à Vmd. que habida mi re-

,, la-

(*a*) Ita explicant Jaſſ. à n. 186. & Miſing. à n. 104. in dict. §. *Actionum*.
(*b*) Leg. 1. ff. de *Rei vindic.* leg. *Item videndum*, §. ultim. cum ſeq. leg. ff. de *Petit. hæred.*
(*c*) Text. §. *Quædam*, Inſtit. de *Action.* leg. *Hæreditatis petitionem*, Cod. de *Pet. hær.*
(*d*) Leg. *Sed etſi*, §. *Petitio*, ff. de *Petit. hæred.* & ibi Bart. & communiter omnes ex Jaſſ. in dict. §. *Quædam*, n. 42.
(*e*) Leg. *Ex diverſo*, §. 1. ff. de *Rei vindic.*
(*f*) Leg. *Licet*, ff. de *Petit. hæred.* leg. 1. §. 1. ff. *Si pars hæred. pet.*
(*g*) Communiter receptam in leg. 1. ff. de *Edend.* Panorm. in cap. 2. de *Libel. oblat.* & eſt lex 26. tit. 2. Part. 3. reſolvit Covar. in Pract. Quæſt. cap. 12. num. 1. reprobata gloſſ. in cap. 2. de *Libel. oblat.*
(*h*) Leg. 1. 2. & 3. ff. de *Petit. hæred.*
(*i*) Leg. fin. Cod. de *Hæred. inſtit.*
(*j*) Leg. *Si quis ſervum*, §. fin. cum leg. ſeq. ff. de *Legat.* 2. Jaſſ. in dict. §. *Actionum*, n. 193.
(*k*) Leg. *Regulariter*, leg. *Pro hæred.* ff. de *Petit. hæred.*
(*l*) Leg. *Si hæreditatem*, ff. de *Petit. hæred.* quam optimè explicat Ant. Gom. in leg. 45. Taur. n. 166. & Covar. in Pract. Quæſt. cap. 12. n. 6.
(*m*) Leg. *Hæreditatis petitionem*, & ibi DD. Cod. de *Petit. hæred.* Covar. in dict. cap. 12. n. 2. & veram rationem differentiæ aſsignat Miſing. in dict. §. *Actionum*, n. 112. & plures limitationes ponit Jaſſ. in leg. 1. col. 2. Cod. de *Inoffic. teſtam.* Soc. in reg. 297. incipienti, petitio, Covar. in dict. cap. 12. & Miſing. in dict. §. *Actionum*, n. 113.
(*n*) In lib. Rerum Quotid. cap. 5.
(*o*) In leg. 45. Taur. à n. 153.
(*p*) In dict. cap. 12.

„ lacion por verdadera, en la parte que baſte, „ por ſu ſentencia, que en tal caſo lugar haya, „ me declare por univerſal heredero del dicho „ defuncto, y como à tal pertenecerme todos „ ſus bienes, y herencia; y aſsi declarado, „ condene al dicho adverſo de ſu oficio, el „ qual para ello imploro, à que me dè, entre- „ gue, y reſtituya todos los dichos bienes, y „ herencia, que aſsi tiene ocupada, con mas „ los frutos que ha rentado y podido rentar, „ y rentàre haſta la real entrega, y reſtitu- „ cion, que eſtimo en tantos mil maravedis „ cada un año, y en tantas fanegas de pan, „ y tantos menudos: ſobre que pido juſti- „ cia, &c.

EX §. DUODECIMO.

SUMMARIA.

1 *ACtio pro dote olim duplex fuit, quædam ex ſtipulatu, quædam rei uxoriæ actio, & quælibet cui competebat, & quo caſu.*

2 *Actio pro dote rei uxoriæ ſublata eſt, & in actionem ex ſtipulatu transfuſa.*

3 *Actio ex ſtipulatu pro dote eſt bonæ fidei, actio vero ex ſtipulatu ſtricti juris.*

4 *Actio ex ſtipulatu pro dote ſubrogata fuit in locum actionis rei uxoriæ.*

5 *Subrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*

6 *Actio ex ſtipulatu pro dote ex utroque latere tàm mariti, quam uxoris eſt bonæ fidei.*

7 *Actio ex ſtipulatu pro dote plura habet privilegia.*

8 *Hypothecam tacitam habet mulier in bonis mariti, pro dote ſibi reſtituenda; & è converſo maritus, pro dote ſibi promiſſa conſequenda.*

9 *Creditoribus mariti præfertur mulier in dote ſibi reſtituenda.*

10 *Creditoribus anterioribus habentibus expreſſam hypothecam non præfertur mulier in dote ſibi reſtituenda.*

11 *Actio ex ſtipulatu pro dote dupliciter competere poteſt marito, quando ſine conſenſu patris mulier contraxit, vel quando dos à patre, vel extraneo ſibi fuit promiſſa.*

12 *Maritus poteſt adverſus ſocerum agere, pro dote ſibi conſtituenda, quando filia ſine patris conſenſu nupſit.*

13 *Dotare filias eſt paternum officium.*

14 *Bart. & ſequacium opinio, quod pater non teneatur filiam abſque ejus conſenſu nubentem dotare, impugnatur.*

15 *Pater tenetur filiam tradere marito, & conſtituere ei dotem.*

16 *Maritus tenetur alimenta præſtare ſuæ uxori.*

17 *Actio ex ſtipulatu, pro dote promiſſa ut competat, requiritur quod matrimonium fuerit ſecutum.*

18 *Actio ex ſtipulatu, pro dote promiſſa, eſt univerſalis, poteſtque dupliciter intentari.*

19 *Socer ſine venia non poteſt à genero conveniri.*

20 *Actio ex ſtipulatu, pro dote repetenda, dupliciter poteſt contingere, vel ſoluto matrimonio, vel conſtante, quando maritus ad inopiam pervenerit.*

21 *Dos adventitia, & profectitia quæ dicatur.*

22 *Dotem adventitiam ſola uxor repetere poteſt, ſoluto matrimonio; extraneus tamen, quando id pactus fuit.*

23 *Dos profectitia à parentibus non poteſt repeti, niſi id pacti fuerint, vel filia conſenſerit, aut non contradixerit.*

24 *Dos repeti poteſt, conſtante matrimonio, ſi maritus ad inopiam pervenit: quo caſu res mobiles ſtatim, immobiles vero intra annum reſtituendæ ſunt.*

25 *Maritus, & ejus filii hæredes, pro dote reſtituenda, non poſſunt conveniri, ultra quam facere poſsint, ſecus vero extranei hæredes, vel maritus putativus.*

26 *Libellus in actione pro dote non promiſſa.*

27 *Libellus in actione pro dote promiſſa.*

28 *Libellus in actione pro dote repetenda.*

29 *Contractus bonæ fidei id proprium habent, ut contrahentes, non modo in id quod, actum eſt, ſed in illud, quod ex bono & æquo præſtari oportet, obligentur.*

30 *Judici libera facultas tribuitur à lege æſtimandi, quod bonum & æquum eſt in contractibus bonæ fidei, ſecus vero in contractibus ſtricti juris.*

31 *Compenſatio admittitur in actionibus bonæ fidei, & ſtricti juris ipſo jure, attenta nova lege Juſtiniani.*

32 *Compenſatio non admittitur in depoſiti actione.*

33 *Compenſatio ipſo jure competere dicitur, quando à reo fuerit in judicio oppoſita, ita ut de ea Judici conſtare poſsit.*

34 *Judex non debet abuti poteſtate ſibi conceſſa æſtimandi ex bono, & æquo in actionibus bonæ fidei, ſed, in quantum poterit, certam tenetur proferre ſententiam.*

* * * *

§. DUO-

§. DOUDECIMUS.

DE ACTIONE PRO DOTE.

1. ANtiquitus duæ actiones, pro dote vel exigenda, vel repetenda, conceſſæ fuerunt: una *ex ſtipulatu* dicebatur; altera verò *rei uxoriæ* actio: prior enim dabatur marito, pro exigenda dote ſibi promiſſa: (*a*) nec ſibi competebat, niſi dos eſſet promiſſa: (*b*) poſterior vero dabatur mulieri, ſoluto matrimonio, ad repetendas res dotales, etiam ſi de reſtitutione dotis nihil ſibi cautum eſſet: (*c*) 2. hanc poſteriorem actionem *rei uxoriæ* Juſtinianus ſuſtulit cum omnibus ſuis qualitatibus, & in actionem *ex ſtipulatu* transfudit: ut ſic utroque caſu actio *ex ſtipulatu* competat, & marito pro exigenda dote, & mulieri pro repetenda: etſi nulla ſtipulatio interveniat. (*d*)

3. Et actio *ex ſtipulatu* pro dote *bonæ fidei* eſt; nam licet actio *ex ſtipulatu ſtricti juris* ſit; (*e*) 4. tamen, quia actio iſta ſubrogata fuit in locum actionis *rei uxoriæ*, quæ *bonæ fidei* erat, accepit ejus naturam, & conditionem, ac proinde *bonæ fidei* eſt: (*f*) 5. nam ſubrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, (*g*) 6. & utroque latere, tàm mariti, quam uxoris, *bonæ fidei* eſt. (*h*)

7. Quæ actio plura privilegia habet: (*i*) quorum duo recenſentur in §. *Fuerat*, Inſt. de *Action.* 8. primum eſt *tacitæ hypothecæ*, quam mulier habet in bonis mariti, pro dote ſibi reſtituenda; & è converſo maritus, pro conſequenda dote ſibi promiſſa: (*j*) 9. ſecundum privilegium eſt *prælationis*, quo mulier præfertur omnibus aliis creditoribus mariti; (*k*) 10. cavebis tamen à Miſingerio, (*l*) & à Corraſio (*m*) reſolventibus, mulierem habentem tacitam hypothecam præferendam eſſe creditoribus anterioribus habentibus expreſſam, nam contraria opinio verior, & communis eſt, ſecundum Covarruviam, (*n*) & probatur de Jure Regio in leg. 33. tit. 13. Part. 5.

11. Et quando actio iſta *ex ſtipulatu* marito datur, poteſt dupliciter contingere: primo modo, quoties filia matrimonium contraxit ſine conſenſu patris: 12. ſecundo modo, quoties dos fuit promiſſa à patre, vel ab alio: in primo caſu gener agere poteſt adverſus patrem, ut conſtituat ſibi dotem, ſecundum Gloſſam: (*o*) 13. & pro hac opinione facit, quia officium paternum eſt filias dotare: (*p*) nec ab hac opinione recedendum eſt, ſecundum Baldum; (*q*) 14. quamvis Bartolus (*r*) teneat, patrem non teneri dotare filiam abſque ejus conſenſu matrimonium contrahentem, cujus opinionem ſecuntur Aretinus, (*ſ*) & Palat. Rubios: (*t*) 15. nam contra eos facit, quod pater ad duo tenetur, ſcilicet, ad tradendam filiam marito, & ad conſtituendam ei dotem: (*u*) unde licet ceſſet prima obligatio, quia jam filia nupta eſt, non tamen ceſſat ſecunda de conſtitutione dotis, ut cum pluribus reſolvit Covarruvias. (*x*)

16. Cautius tamen in hoc caſu crederem eſſe, ſi mulier tempore contractus matrimonii promitteret dotem ſuo viro, quia in iſto caſu Bartolus, & omnes conſentiunt, adverſum patrem agi poſſe, ut dotem filiæ conſtituat: & ſi dos promiſſa non fuerit, agendum erit nomine uxoris, alioquin viro imputandum eſ-

(*a*) Ut in leg. *Ad exactionem*, Cod. de *Dotis promiſ.*
(*b*) Leg. ult. in princ. Cod. de *Repudiis.*
(*c*) Leg. *Si duo patroni*, §. pen. in fin. ff. de *Jurejurand.*
(*d*) Per leg. unic. in princ. Cod. de *Rei uxor. action.* & text. in §. *Fuerat*, Inſtit. de *Action.*
(*e*) Leg. *Quia tantumdem*, ff. de *Neg. geſt.* leg. *Quidquid adſtringendæ*, ff. de *Verb. oblig.*
(*f*) Text. in dict. §. *Fuerat*, & in dict. leg. unic. §. *Sed etſi non ignoramus*, Cod. de *Rei uxor. action.*
(*g*) Leg. *Quod debitori*, ff. de *Donat. cauſ. mort.* leg. *Si creditori*, ff. de *Legat.* 1. & dict. leg. unic. in princ.
(*h*) Ut ex dict. leg. *Fuerat*, notant ibi Jaſ. n. 16. Miſing. & Corraſ. n. 5. & communiter omnes in dict. leg. unic. §. *Sed etſi non ignoramus.*
(*i*) De quibus in leg. 1. ff. *Solut. matrim.* & in leg. *Aſsiduis*, Cod. *Qui potior. in pig.* & apud Campegium, & Bald. Novellum in Tract. de Dote.
(*j*) Dict. leg. unic. §. 1. de quo privilegio ultra DD. in dict. §. *Fuerat*, agit eleganter Covarr. lib. 1. Variar. cap. 7.
(*k*) Ut in dict. §. *Fuerat*, & in dict. leg. *Aſsiduis*, & explicat Covar. in dict. cap. 7. à n. 1.
(*l*) Num. 13.
(*m*) Num. 8. in dict. §. *Fuerat.*
(*n*) Dict. cap. 7. n. 1. verſ. Tertia concluſio.
(*o*) In leg. *Obligamur*, verb. *Lege*, ff. de *Action. & obligat.* quam teſtatur communiter receptam Alex. conſ. 169. n. 2. lib. 7. Socin. conſ. 57. n. 2. lib. 4. Aret. conſ. 39. col. antep. Jaſſ. in Auth. *Præterea*, n. 8. Cod. *Unde vir*, & in dict. §. *Fuerat*, n. 97. & Greg. Lup. in leg. 8. tit. 11. Part. 4. in gloſſ. verb. *El padre.* Alciat. lib. 8. Parerg. cap. 3.
(*p*) Leg. *Qui liberos*, ff. de *Ritu nupt.* leg. fin. Cod. de *Dot. promiſ.* & firmat gloſſ. 1. in cap. *Hoc ſanctum* 32. quæſt. 2. & in cap. de *Raptorib.* 36. quæſt. 1. verb. *Excuſata*, & iſta opinio verior eſt, ſecundum Covar. in 4. de Sponſ. 2. part. cap. 3. §. 8. n. 7.
(*q*) Novellum in leg. 1. n. 343. ff. *Solut. matrimon.*
(*r*) In leg. *Obligamur*, ff. de *Action. & oblig.*
(*ſ*) In leg. *Qui ſuperſtitis*, n. 3. ff. de *Acquir. hæred.* Jaſ. in leg. *Divortio* in princ. n. 20. ff. *Solut. matrim.* Alex. conſ. 33. n. 3. lib. 4. & conſ. 61. n. 4. lib. 7.
(*t*) In Repet. cap. *Per veſtras*, not. 3. §. 3. n. 1. & 7. & §. n. 1. & 5. & §. 7. de *Don. inter vir. & uxor.*
(*u*) Ut probatur in dict. leg. *Qui liberos.*
(*x*) Ubi ſupr. in dict. cap. 3. §. 8. n. 7.

eſſet, quod uxorem ſine dote acceperit, & eidem alimenta adminiſtrare teneretur. (y)

17. Secundo verò modo, quando dos fuit promiſſa à patre, vel ab alio, tunc requiritur, quod conſtet, dotem fuiſſe promiſſam, & matrimonium ſubſecutum, quia talis promiſsio habet conditionem annexam, *ſi matrimonium ſubſequatur*; (z) nam ante matrimonium dos non dicitur: (a) 18. & tunc actio iſta univerſalis eſt, ut omnes agnoſcunt: (b) intentaturque dupliciter, quia ſi dos promiſſa eſſet per inſtrumentum publicum, vel aliam ſcripturam executionem paratam habentem, (c) via executiva procedendum erit; ſi vero aliter promiſſa eſſet, libellus concipiendus erit forma paulò inferius præſcripta: 19. utroque tamen caſu, ſi adverſus patrem agatur, prius venia petenda erit, quia ſocer ſine venia à genero conveniri non debet, (d) etiam ſi affinitas diſſoluta eſſet. (e)

20. Quando verò actio iſta datur pro repetenda dote, contingere etiam poteſt dupliciter: primo modo, ſoluto matrimonio: quo caſu, aut loquimur de dote *adventitia*, vel de *profectitia*: 21. adventitia dicitur, *quæ non ex paternis bonis, ſed aliunde ab extraneo data fuit*: 22. & tunc ſola uxor, ſoluto matrimonio, repetere poterit; extraneus tamen, quando id pactus fuerit, poterit repetere: (f) 23. profectitia verò dos dicitur, *quæ à patre, vel à parente proficiſcitur*; nec à parentibus repeti poterit, niſi id pacti fuerint, vel niſi filia conſenſerit, aut non contradixerit: (g) 24. ſecundo modo dos repetitur, conſtante matrimonio, ſi maritus ad inopiam vergat: (h) & tunc res dotales diverſimodè reſtituuntur, nam immobiles ſtatim reſtitui debent, alioquin uſuræ debentur; mobiles verò intra annum. (i)

25. Advertendum tamen erit, quod maritus, & ejus filii hæredes conveniri non debent pro dote reſtituenda, ultra quam facere poſsint; (j) extranei verò hæredes hoc privilegio non gaudent, (k) nec etiam maritus putativus, ut cum pluribus reſolvit Covarruvias. (l) Et libelli in hac actione concipiendi erunt forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE PRO DOTE *non promiſſa.*

Iluſtre Señor.

26. ,, Fulana, con licencia expreſſa, que
,, de mi marido Fulano tengo, como mas ha-
,, ya lugar de derecho, parezco ante Vmd.
,, pidiendo, como ante todas coſas à Vmd. pi-
,, do licencia para lo infraſcripto, y ſiendo-
,, me concedida, ò injuſtamente denegada, me
,, querello, y pongo demanda à Fulano mi
,, padre legitimo, y digo: que anſi es, que
,, yo eſtoy caſada y velada, como lo manda
,, la Sancta Madre Igleſia, con Fulano mi le-
,, gitimo marido, el qual es Hijodalgo, y mi
,, igual, y al tiempo que con el me caſe, no
,, llevè conmigo dote, ni agora la tengo, con
,, que pueda el dicho mi marido alimentar-
,, me, y ſuſtentar las cargas del matrimonio;
,, y aſsi el dicho mi padre, conforme à la
,, diſpoſicion del derecho, eſtà obligado à me
,, dotár y dár dote competente, ſegun la qua-
,, lidad de ſu perſona, y la quantidad de ſu
,, hacienda, y al numero de hijos que tiene,
,, à lo menos haſta lo que me puede caber de
,, legitima; y habida conſideracion de todo
,, lo ſuſodicho, el dicho mi padre eſtà obliga-
,, do à dotarme en tantos ducados: por que
,, pido à Vmd. que habida mi relacion por
,, verdadera, en la parte que baſte, por ſu
,, ſentencia, que lugar haya, y de ſu oficio, el
,, qual para ello imploro, condemne, compe-
,, la, y apremie al dicho mi padre à que me
,, dote en tantos mil ducados; è aſsi condem-
,, nado, le mande me los dè, y entregue, pa-
,, ra que de ellos el dicho mi marido me ali-
,, mente, y pueda ſuſtentar las cargas del ma-
,, trimonio: ſobre que pido juſticia, &c.

LI-

(y) Leg. fin. Cod. de *Repud.* & in Auth. de *Nuptiis*, §. *Sic itaque* Collat. 4. reſolvunt Paul. Caſtrenſ. leg. *Si ſocer* in princip. n. 4. ff. *Solut. matrim.* Alex. conſ. 7. n. 11. lib. 2. Jaſſ. in Auth. *Præterea*, n. 8. Cod. *Unde vir. & uxor.* & Guilierm. Bened. in cap. *Rainutius*, verb. *Dotem*, n. 41.

(z) Secundum gloſſ. in leg. 2. §. *Creditum*, ff. *Si cert. petat.* verb. *Poſt nuptias.*

(a) Leg. 3. & leg. *Promittendo*, ff. de *Jur. dotium.*

(b) In Rubr. ff. *Solut. matrim.*

(c) Juxta text. in leg. 2. & 5. tit. 21. lib. 4. Recop.

(d) Secundum gloſ. receptam in leg. *Generaliter*, ff. de *In jus vocand.*

(e) Secundum Alex. in dict. leg. *Generaliter*, per text. in leg. fin. Cod. de *Jure dotium.*

(f) In leg. unic. §. *Accedit*, Cod. de *Rei uxoriæ actio*, &c.

(g) Leg. 2. §. *Quod ſi in patris*, & §. *Voluntatem*, ff. *Solut. matrim.*

(h) Leg. *Si conſtante* in princip. & ibi Jaſſ. ff. *Solut. matrimon.* leg. *Ubi*, Cod. de *Jur. dotium*, gloſſ. in cap. *Ex parte*, de *Conſuetud.* & utrobique DD. & Palac. Rub. in Repetit. cap. *Per veſtras* in princ. §. 17. n. 1. cum ſeqq.

(i) Ut in leg. unic. §. *Cum autem*, Cod. de *Rei uxoriæ.*

(j) Leg. *Maritum*, leg. *Etiam filios* in princ. ff. *Solut. matrimon.* & in §. *Item ſi de dote*, Inſtit. de *Action.* ubi Jaſſ. & Petr. Plateanus optimas limitationes ponunt.

(k) Ut in dict. leg. *Maritum*, & in leg. *Quia tale*, ff. *Solut. matrim.*

(l) In 4. de Sponſ. 2. part. cap. 6. §. 8. n. 26. ubi à n. 24. plura in propoſito congerit.

LIBELLUS IN ACTIONE PRO *dote promiſſa.*

Iluſtre Señor.

27. ,, Fulano, con licencia, que ante todas
,, coſas pido à Vmd. y ſiendome concedida, ò
,, injuſtamente denegada, me querello, y pon-
,, go demanda á Fulano, padre legitimo de
,, Fulana mi legitima muger, y digo: que
,, anſi es, que el dicho Fulano me mandò,
,, y prometiò en dote, y caſamiento con la
,, dicha mi muger tantos mil ducados paga-
,, dos en eſta manera: en tal heredad, que eſ-
,, tá en tal Lugar, de que ſon linderos tales,
,, que fuè eſtimada, y taſſada en tantos mil
,, maravedis, y la reſta me prometiò en di-
,, neros de contado; y pueſto que yo ſoy ca-
,, ſado, y velado con la dicha Fulana de tan-
,, tos años à eſta parte, viviendo, y haciendo
,, vida maridable de conſuno en una caſa, el
,, dicho Fulano no me ha querido dàr, ni pa-
,, gar el dote que me prometiò, y mandò con
,, la dicha ſu hija; y aunque por mì ha ſido
,, requerido muchas, y diverſas veces, no lo
,, ha querido hacer ſin pleyto: por que pido
,, à Vmd. que habida mi relacion por ver-
,, dadera, en la parte que baſte, por ſu ſen-
,, tencia, que lugar haya, condene al dicho
,, Fulano à que me dè, pague, y entregue la
,, dicha heredad con mas los fructos, que ha
,, rentado y podido rentar, y que rentáre haſ-
,, ta la real entrega, que eſtimo en cada un
,, año en tantos mil maravedis, y tantas fa-
,, negas de pan: y aſsimiſmo le condene à
,, que me dè, y pague los dichos maravedis,
,, que es obligado à me dàr en dinero de con-
,, tado, con mas los intereſſes que ſe me han
,, ſeguido, por no me haver pagado, que eſ-
,, timo en tantos mil maravedis, ſalvo en to-
,, do la judicial taſſacion de Vmd. ſobre que
,, pido juſticia, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE PRO *dote repetenda.*

Iluſtre Señor.

28. ,, Fulana, viuda muger que fuì de Fu-
,, lano defuncto, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano heredero del dicho
,, mi marido, y digo: que es aſsi, que yo fuì
,, caſada, y velada, como lo manda la Sanc-
,, ta Madre Igleſia con el dicho Fulano mi ma-
,, rido, el qual es yà defuncto, y paſſado de
,, eſta preſente vida; y al tiempo que con èl
,, me casè y velè, llevè en dote y caſa-
,, miento, y èl conmigo recibiò tantos mil
,, maravedis, y en ſu teſtamento y poſtrime-
,, ra voluntad, con que muriò, dexò por ſu
,, univerſal heredero al dicho Fulano, el qual
,, quiſo, y aceptò ſus bienes y herencia, y aſ-
,, ſi es obligado à pagarme, y reſtituirme la
,, dicha mi dote, mayormente que hà mas de
,, un año, que el dicho mi marido es muer-
,, to, y el matrimonio diſſuelto; y aunque por
,, mì ha ſido requerido que me lo pague,
,, no lo ha querido hacer ſin pleyto: por que
,, pido à Vmd. que habida mi relacion por ver-
,, dadera, en la parte que baſte, por ſu ſen-
,, tencia, que lugar haya, condemne al dicho
,, adverſo à que me dè, buelva, y reſtituya
,, tantos mil maravedis de la dicha mi dote,
,, y à ello le compela y apremie por todo
,, rigor de derecho: ſobre que pido juſticia,
,, &c.

,, Otrosì, atento que el tiempo, en que
,, es obligado el dicho adverſo à pagarme la
,, dicha mi dote, es yá paſſado, y no tengo
,, otra coſa de que me alimentar ſino de ella,
,, à Vmd. pido que de ſu oficio, el qual pa-
,, ra ello imploro, condemne al dicho Fula-
,, no, à que en el entretanto que no me pa-
,, gáre la dicha dote, me dè alimentos, con-
,, forme à la qualidad de mi perſona, y la quan-
,, tidad de la dicha mi dote: ſobre que pido
,, juſticia, &c.

Hactenus in iſto cap. 6. cum ſuis §§. egimus de actionibus *bonæ fidei*, omiſsis actionibus, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, & pignoratitia: quia de tribus dixeramus in cap. 1. in §. de *Action. mixtis*, & de poſteriori in cap. 2. in §. de *Actione Serviana, hypothecaria, pignoratitia*, &c. circa quas omnes actiones *bonæ fidei* animadvertere libet, quod earum vis, & natura eſt, quod in eis libera poteſtas permittitur Judici ex bono & æquo æſtimandi, quantum oportet reum dare actori: 29. nam contractus *bonæ fidei* hoc peculiare habent, ut contrahentes non modo in id, quod actum eſt, ſed & in illud, quod ex æquo & bono præſtari oportet, invicem obligentur, licet à contrahentibus non ſit expreſſum. 30. Et inde eſt, quod, ubi de illis controverſia in judicio oritur, lex tribuit liberam facultatem Judici æſtimandi, quantum reum actori dare oportet, non attenta ſtricta juris ratione & ſubtilitate verborum, ſed ex bono & æquo, *id eſt*, ex naturali æquitate, & abſoluta quadam bonitate: (m)

quod

(m) Juxta text. in leg. 2. in fin. ff. de *Action. & oblig.* & in §. ult. Inſtit. de *Oblig. quæ ex conſ.*

quod in actionibus *ſtricti juris* non obſervatur, in quibus Judex non poteſt tranſilire verba conventionis. (*n*)

31. Quo fit, quod in actionibus *bonæ fidei* compenſatio admittitur, ita quod ſi quis agat actione *bonæ fidei*, & decem petat, debeatque reo quinque, Judicis officium erit in quinque ſolummodo condemnare, facta compenſatione cum aliis quinque, quæ reo debebantur, ſecundum Juſtinianum (*o*) referentem juris antiqui differentiam circa hanc compenſationem inter actiones *bonæ fidei*, & *ſtricti juris*: nam olim in actionibus *bonæ fidei* ipſo jure compenſatio admittebatur, *id eſt*, eo ipſo quod Judex intelligebat, locum eſſe compenſationi, ſtatim actio minuebatur ad quantitatem debitam, abſque eo quod reus peteret: in actionibus *ſtricti juris*, etiam Judice ſciente, locum eſſe compenſationi, non admittebatur compenſatio, niſi reo opponente exceptionem *doli*, dicendo, *dolo facis, quia petis, quod ſtatim reſtituturus eſt*: quam tamen differentiam juris antiqui idem Juſtinianus ſuſtulit, (*p*) conſtituens regulam generalem, ſcilicet, quod omnis actio cujuſcumque generis ſit, hodie *ipſo jure* per compenſationem tollitur in tantum, quantum compenſari debet, 32. excepta ſola depoſiti actione. (*q*)

33. Intellige tamen, compenſationem *ipſo jure* competere, ſi oppoſita fuerit à reo in judicio, ut ſic de ea facto, vel voce hominis Judici conſtare poſſit, quia Judex divinare nequit: (*r*) differt tamen in hoc Jus novum à veteri, quia antiquitus ſolemniter opponenda erat *doli* exceptio, *hodie* verò ſufficit, quibuſcumque verbis hanc compenſationem Judici ſignificare. Et quid ſit compenſatio, & in quibus admittatur, vel rejiciatur, tradunt DD. communiter: (*ſ*) & cum compenſatio ſemper opponatur *per viam exceptionis*, ideo libellus in ea formandus non erit.

34. Quibus omnibus ſupradictis addendum eſt, quod licet in actionibus *bonæ fidei* Judex habeat ampliſſimam facultatem æſtimandi ex bono & æquo, quantum oportet reum dare actori, non tamen debeat hac poteſtate abuti; ſed tenetur, in quantum potuerit, certam proferre ſententiam. (*t*)

EX §. SEPTIMO.

SUMMARIA.

1 *Actionum arbitrariarum materia quam ſubtilis, & difficilis ſit.*

2 *Actiones bonæ fidei, & actiones arbitrariæ multas inter ſe patiuntur differentias.*

3 *Judex non habet poteſtatem arbitrandi ex bono & æquo in actionibus arbitrariis, niſi præter earum naturam ſequuta mora rei, vel contumacia non parentis juſſui Judicis.*

4 *Arbitrium quid ſit in actionibus arbitrariis.*

5 *Actiones arbitrariæ quare ſic dicantur.*

6 *Actionum arbitrariarum quæ ſit natura.*

7 *Actio* de eo quod certo loco *eſt arbitraria.*

8 *Libellus in actione arbitraria* de eo quod certo loco *eſt concipiendus alternative, niſi in mora ſit debitor conſtitutus: & quid tunc libellus continere debeat.*

9 *Libellus in actione arbitraria* de eo quod certo loco.

CAPUT SEPTIMUM.

DE ACTIONIBUS ARBITRARIIS.

1. MAteria actionum *arbitrarium* eſt ſubtilis, ſcabroſa, & hactenus male cognita, ſecundum Jaſſonem, (*a*) & Joann. Faber, inquit, quod in ea deſiderat magis diſcere, quam docere, & Miſingerius teſtatur, in earum explicatione omnium ferè Doctorum ingenia defeciſſe; quamobrem pro ejus perſpicua cognitione conſtituendum eſt, quod poſtquam Juſtinianus in tit. *Action.* explicuerat vim, & naturam actionum *bonæ fidei*, quæ eſt, ut Judici permittatur facultas ampla æſtimandi *ex bono & æquo*, quantum actori reum dare oporteat, & hoc ex propria vi, & natura actionis *bonæ fidei*, etiam ſi à contrahentibus non fuerit expreſſum, quod in *ſtricti juris* actionibus ceſſat, cum in eis à verbis contrahentium non ſit recedendum; (*b*) tamen idem Juſ-

(*n*) Leg. *Quidquid adſtringendæ*, ff. de *Verb. oblig.* leg. *Quia tantundem*, ff. de *Neg. geſt.*

(*o*) In §. *In bonæ fidei*, Inſtit. de *Action.*

(*p*) In leg. fin. Cod. de *Compenſ.* ut ipſemet refert in dict. §. *In bonæ fidei judiciis.*

(*q*) Idemque ſtatuit in dict. leg. fin. & probatur in leg. pen. Cod. de *Depoſit.* & in cap. *Bona fide*, Extra de *Depoſito.*

(*r*) Leg. *Si conſtet*, Cod. de *Compenſ.* leg. *Si putator*, ff. *Ad leg. Aquil.* & firmat gloſſ. in dict. §. *In bonæ fidei*, verb. *Ipſo jure*, & ibi communiter omnes.

(*ſ*) Præſertim Platean. Miſing. Hotoman. & Corraſ. in dict. §. *In bonæ fidei.*

(*t*) Text. in §. *Curare*, Inſtit. de *Action.* leg. 1. & 2. Cod. de *Sentent. quæ ſine cert. quant.* cap. *Grave* 11. quæſt. 3. & cap. ult. 33. Diſtinct. & tradunt utrobique DD. & in cap. 2. de *Libel. oblat.*

(*a*) In §. *Præterea*, Inſtit. de *Action.*

(*b*) Ut habetur in §. *In bonæ fidei*, Inſtit. de *Action.* & nos diximus in §. præcedenti.

tinianus (propter aliquod accidens, veluti propter moram rei non ſolventis loco deſtinato, aut propter contumaciam rei non parentis juſſui Judices) introduxit in §. *Præterea*, Inſtit. de *Action.* quod actiones *ſtricti juris* arbitrariæ fierent, & in eis Judex poſſet *ex bono & æquo* arbitrari, neglecta ſubtilitate verborum, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat.

2. Quo fit, differentiam eſſe inter actiones *bonæ fidei*, & inter actiones *arbitrarias*: nam in *bonæ fidei* actionibus ſtatim Judex ex earum natura habet poteſtatem condemnandi *ex bono & æquo*; 3. in *arbitrariis* vero hanc poteſtatem non habet, niſi præter earum naturam ſubſecuta mora rei non ſolventis, vel contumacia non parentis juſſui Judicis: (*c*) 4. Rurſus conſtitue, quod arbitrium in iſta materia nihil aliud eſt, quam *interlocutio Judicis præcedens ſententiam diffinitivam*: (*d*) & inde actiones *arbitrariæ* dicuntur, quæ ab arbitrio, id eſt, *interlocutione Judicis* pendent: 5. & ita in *arbitrariis* duæ ſententiæ feruntur, ſcilicet, *interlocutoria*, & *diffinitiva*, ſi enim reus conventus ex interlocutione Judicis ſatisfaciat, effugiet pœnam condemnationis, ſi verò non ſatisfaciat, condemnandus erit per diffinitivam.

6. His ſic conſtitutis naturam actionum arbitrariarum indicat Juſtinianus, (*e*) conſtituens regulam generalem, ſcilicet, quod in *arbitrariis* actionibus reus ante ſententiam diffinitivam ſolvens ex arbitrio, id eſt, *interlocutione Judicis*, abſolvi debet; at verò non ſolvens condemnari, quam naturam optime explicat Miſingerius, (*f*) & omnes includuntur in ſupradicta regula, ut agnoſcit Corraſius, (*g*) reprobans illos, qui falſo exiſtimant, omnes actiones arbitrarias cenſeri ob rei contumaciam: 7. & unum quodlibet earum exemplum declarant Hotomanus, & Plateanus, (*h*) reſolventes, actionem *de eo quod certo loco* arbitrariam eſſe, ut optimè cum Duareno advertit Miſingerius. (*i*)

8. Et libellus in ea concipiendus erit *alternative*, ſecundum Gloſſam: (*j*) quod verum eſt, quando debitor non eſſet in mora conſtitutus; cæterùm, ſi in mora eſſet, deberet libellus *præcisè* concipi, debebitque actor mentionem facere de loco ſolutioni deſtinato, & qualiter reus fuit interpellatus, ut ad illum locum accederet, & noluit: debebitque implorare officium Judicis, ut reum condemnet ad intereſſe: (*k*) & tunc libellus concipiendus erit forma ſequenti; ſed advertendum eſt, quod in actionibus *arbitrariis* Judex curare debet, quantum poterit, ut certam ſententiam proferat, ut diximus in fin. §§. præcedentis.

LIBELLUS IN ACTIONE ARBITRARIA *de eo quod certo loco.*

Iluſtre Señor.

9. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pongo „ demanda à Fulano, y digo: que es aſsi, que „ yo empreſtè al dicho Fulano tantos ducados, los quales me havia de pagar en la „ Feria de la Ciudad de Plaſencia, que ſe hace el dia de Sant Andrès del mes de Noviembre, y havia de ſer la dicha paga el dicho dia de Sant Andrès del mes de Noviembre paſſado de eſte preſente año de 1574. „ y aſsi à ello ſe obligò, por quanto yo tenia neceſsidad de mis dineros para comprar „ en la dicha Feria quatro varas de puercos; „ y aunque le requerì que fueſſe à la dicha „ Feria, à pagarme en ella los dichos ducados, „ no lo hizo, ni ſe hallò en la dicha Feria, para que yo allì ſe los pudieſſe demandar, y „ por no lo haver hecho, dexè de emplear los „ dichos mis dineros, y comprar con ellos los „ dichos puercos, de lo qual ſe me ſiguiò de „ daño, è intereſſe tantos ducados: por que „ pido à Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en la parte que baſte, por ſu ſentencia, que lugar haya, condemne al dicho „ Fulano à que me dè, y pague los dichos ducados, que aſsi le empreſtè, y de ſu oficio, „ el qual para ello imploro, le condemne en „ el dicho daño, è intereſſe, que de no me „ haver pagado en la dicha Feria ſe me ſiguiò, „ que eſtimo en tantos ducados; y mas le condemne en las coſtas y daños, que ſe me han „ ſeguido, y ſiguen en venirle à demandar à „ eſ-

(*c*) Et plures aliàs differentias eſſe inter prædictas actiones, reſolvit Hotoman. in dict. §. *Præterea* à n. 21.

(*d*) Ita ex Theoph. in dict. §. *Præterea*, colligunt ibi Hotoman. Platean. Miſing. & Corraſ.

(*e*) In dict. §. *Præterea.*

(*f*) In dict. §. *Præterea*, n. 7. ubi Juſtinianus ſupradictæ regulæ exempla ſubjicit, recenſendo nominatim actiones *arbitrarias*, quæ ſolummodo ſunt in illo text. enumeratæ, & quæ cum eis magnam ſimilitudinem habent.

(*g*) Num. 4. in dict. §. *Præterea*, & Miſing. n. 11.

(*h*) Miſing. & Corraſ. ibid.

(*i*) Num. 17. & Corraſ. n. 10.

(*j*) In leg. 3. in princ. verb. *Adjectione*, ff. de *Eo quod certo loco*, & gloſſ. in §. *Plus autem*, verb. *Sine commemoratione*, Inſtit. de *Action.* quam formam probant Bartol. & omnes in dict. leg. 3.

(*k*) Ut probat text. in dict. §. *Præterea*, & in leg. 1. & leg. *Arbitrari*, ff. de *Eo quod certo loco*, & utrobique tradunt DD.